



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Cantvs Decimvs Quartvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

E X P L A N A T I O

374

*1. Cor. 13.* ad uisionem cum Deo. Et ratio est, quia ut idem etiam testatur. *Charitatem habete,*  
*1.3.* *Colof. 3.14.* *quod est vinculum perfectionis.* Hæc itaq; charitas & amor animæ, sponsum currentem trahit ad bibendum è fonte isto amoris sponsæ suæ; quemadmodum algentes aquæ sitibundum, & suacum ceruum atrahunt, ut capiat refrigerium: ac proinde sequitur,

*Aura refrigeratur.*

Nam quemadmodum aura gratissima, recreat, refrigeratque æstu fatigatum: ita hæc aura amoris refrigerat, recreatque igne amoris æstuantem. Hæc quippe est proprietas huius ignis amotis, ut aura, qua refrigeratur, & recreatur, sit incrementum ignis amotis; amor enim in amante, est flamma ardens, amplius ardere cupiens, sicut flamma ignis naturalis. Propterea complementum huius appetitus amplius ardendi in ardore amoris sponsæ suæ, quod est aura volatus illius, auræ refrigerium,

hoc loco appellat. Itaque perinde est, si diceret; ad ardorem volatus tui magis ardet, siquidem unus amor alium amorem succedit. Vbi nota, Deum non ponere in anima gratiam & amorem, nisi iuxta desiderium & amorem ipsius animæ; idcirco verus amator connit debet ne amor deficiat; siquidem hoc medio, prout diximus, vegebis amplius (licet si loqui) Deum, ut amplius illam diligas, magisque delicietur in illa. ut autem hinc charitatis sequatur vestigia, ea que de illa tradidit Apostolus, debet exercere.

Charitas, inquit, patiens est, benigna, habritas non amulatur, non agit perpetuam, non fluctuat, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem virtutem, in via suffert (quæ scilicet ferenda sunt) omnia eredit (quæ credere oportet) omnia finit, omnia sustinet, nimitem, quæ consonant charitati.

CANTVS DECIMVS QVARTVS

CANCION XIV.

SENSVS.

Mi amado las montañas  
 Los valles solitarios nemorosos  
 Las Islas estrannas,  
 Los ríos sonorosos,  
 El sitio de los ayres amorosos.

Dilectus mens montes  
 Valles solitariae nemorosa,  
 Insulae extraneæ,  
 Flumina sonora,  
 Sibilus aurarum amabilium.

CANTVS DECIMVS QVINTVS

SENSVS.

La noche se segada  
 En par delos levantes del Aurora,  
 La musica callada  
 La soledad sonora  
 La cena que recrea, y en amora.

Nox sedata & tranquilla,  
 Propinqua surgens aurora,  
 Silens musica,  
 Solitudo sonora,  
 Cena recreans & concilians amorem.

EXPLA.